MONUMENTA
GERMANIAE

tavit[a] litteras[c] pape[b] patriarche, ut Venetos poneret in possessione sancti Sabe. Ianuenses autem portaverunt similes litteras[d] priori Hospitalis pro pari causa. Sequenti anno cepit discordia inter eos. Et eodem anno Ianuenses debellaverunt Venetos cum auxilio Pisanorum et cucurrerunt in[d] eorum habitacionem usque ad sanctum Marcum; postea Pisani concordaverunt cum Venetis et acceperunt lecaban[f] et mensuras Venetorum. Et promiserunt mutuum auxilium XX annis. Hiis temporibus miserunt mutuum auxilium pontificante Alexandro IIII°. Venerabilis frater Iohannes de Parma, scientia et religione clarus, paupertatis et humilitatis amator, de studio Parisiensi, ubi bacularius[+] fuerat, ad generale ministerium ordinis Minorum sumitur. Hic prohibuit in choro legi aliquid vel cantari quod in ordinarie[!] Romane ecclesie non contineretur vel per generale non esset capitulum approbatum. Statuit eciam ut in missa a ministris[e] hostia collocetur iuxta [ritum Romane][f] ecclesie et palam divisam a corporalibus calici imponi. Hic eciam recepit litteras[g] a Manuele patriarcha et Iohanne imperatore[g] Grecorum de eorum Romane ecclesie unione et eius procuracione; missi sunt nunccii, qui exspoliati in via in mas Grecias[h] ?

a) pn̄tavit C. ~~portavit~~?
b) am Rande von ders. Hand: CCXXXIIII pars I
c) l̄ras C
d) .T̄. (prima?)
f) lecada, certum onus vel pondus Duc. (?)
+ sic C.
rōne C
e) m̄n strīs C.
[f) das Eingeklammerte fast ganz abgerieben; ich lese ritum. ro.]
g) l̄ra∫∫re C
h) sic C. grecias